



SUPREMUM  
SIGNATURAE APOSTOLICAE  
TRIBUNAL

PALAZZO DELLA CANCELLERIA  
00120 CITTÀ DEL VATICANO

**Prot. N. 4421/22 SAT**

Pervenit ad hoc Supremum Tribunal exemplar decreti diei 16 iulii 2022, quo Exc.mus Episcopus Uritanus constituit Tribunal Dioecesanum ad cognoscendas ac definiendas in primo iudici gradu causas matrimoniales. Quomodo Tribunal Dioecesanum Uritanum nunc competens est ad cognoscendas ac definiendas in prima instantia omnes causas iudiciales a iure expresse non exceptas.

Quibus praehabitis,

**SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL**

Re sedulo examini subiecta;

Attentis relatis ab Exc.mo Episcopo Uritano;

Considerato quod Episcopus Uritanus, cum decreto diei 16 iulii 2022, a Tribunali Interdioecesano Barensi-Bituntino seu Regionali Apuliae recessit;

Perspecto quod, attento transmissio una cum litteris diei 12 septembris 2022 indice administratorum, evincitur omnes administratores gradu academico in iure canonico lege canonica requisito pollere;

Integro manente iure appellandi ad Rotam Romanam iam a secunda instantia ad normam can. 1444, §1;

Animadverso quod de statu et activitate Tribunalis Dioecesani Uritani quotannis relatio Supremo Signaturae Apostolicae Tribunali exhibenda est ;

Visis cann. 1419, § 1 et 1438, n. 1 praescriptis;

Audito Rev.mo Promotore Iustitiae deputato;

Vi art. 194 Const. Apost. *Praedicate Evangelium* necnon artt. 32 et 35, n. 4 *Legis propriae* qua H.S.T. regitur,



## DECREVIT

recognoscendam esse et facto recognosci Tribunalis Dioecesanis Uritani primae instantiae constitutionem pro causis matrimonialibus, atque designationem Tribunalis Interdioecesanis Barenis-Bituntini utpote eius Forum appellationis,

## ATQUE DECLARAVIT

confirmandam esse et facto confirmari designationem Tribunalis Metropolitanis Tarantini utpote Forum appellationis pro causis non matrimonialibus decisis coram Foro Uritano.

Hoc decretum a die 1 ianuarii 2023 vigere incipiet.

Quoad regimen causarum praefato die pendentium, servetur, saltem ex analogia, praescriptum art. 22 Normarum pro Tribunalibus Interdioecesanis, vel Regionalibus aut Interregionalibus ab hac Signatura Apostolica die 28 decembris 1970 editarum (AAS 63 [1971] 492).

Quod notificetur iis quorum interest ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, ex Aedibus Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 15 septembris 2022.



*D. Card. Mamberti*

Dominicus Card. MAMBERTI  
*Praefectus*

*+ Andreas Ripa*

✠ Andreas RIPA  
Episcopus tit. Caeretanus  
*Secretarius*

CONCORDAT CUM ORIGINALI  
die 15 septembris 2022  
Mons. Mário Leite de Oliveira  
Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis  
Moderator Cancellariae